

quenter errat in cibo sapidissimo; E. sensus amari ex amaro
cibo non est sensus verus amari. Ita non procedit: Morsus
conscientiæ in fallorum Deorum cultoribus fallit; Ergo fal-
lit etiam in illò, qui procul est ab illà mentis ægritudine.
Magnum igitur discrimen inter Superstitiosos seu Gentiles
& inter Atheos intercedit. Athei nituntur & audent illum
morsum interni vermis inhibere, sufflaminare & è pectore
expugnare, nec tamen, quicquid vox exterior sonet, quic-
quid malitia interior moliatur, possunt. Superstitiosi tamen
debità diligentia adhibitã omnem illam punctiõnem ex ani-
mò extirpare queunt. Hinc factum est, ut multi è Gentilismò
ad veram religionem, Christianismũ scilicet, conversi, mor-
sum illum conscientiæ actu deposuerint.

§. 9. Tertiò existentiam Dei probat universalis & perpe-
tuis omnium populorum consensus: *Nulla enim gens tam
est barbara, tam effera, quæ non cognoscat esse Deum, inquit Ci-
cero l. i. de natur. Deor. Arist. l. i. de coelò: πάντες γὰρ ἀν-
θρώποι θεῶν θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν.* Et Seneca Epist. ii7.
*Nulla gens adeò extra leges moresque est projecta, ut non aliquos
Deos credat.* Scilicet sensus divinitatis naturaliter omnibus
insitus tam efficax fuit in Gentilibus, ut quidvis potius etiam
infra hominis naturam positum, *Deum esse*, quàm nullum es-
se Deum, statuerint: Hinc Philippus Mornæus librò de Verit.
Relig. Christianæ rectè dixit: Omnes gentes Deum didice-
runt, etsi diversa de eò conceperint: percurrere enim orbem
ab ortu ad occasum, à Septentrionibus ad Austrum: perlustra-
mente quotquot accesserunt secula; quotquot viguerunt
regna, ipsa demum scrutare barbarorum sive lustra, sive ma-
palia; ubicunque homines inveneris, ibi continuo religio-
nis & Numinis cultum, ibi Sacrorum ritus, preces denique
& sacrificia reperies, diversa quidem hæc & confusa, at in eò
saltem congruentia, quod Deus sit. Hæc Mornæus. Quò facit,
quò

B

quò